



BER
TELE
SII
de
1713
S
1611
1616

159888
159889





...e dnm bñ cõmputant
...m ppter nãm bñ dñi cõmputant
...m ppter nãm bñ dñi cõmputant
...m ppter nãm bñ dñi cõmputant


...m ppter nãm bñ dñi cõmputant
...m ppter nãm bñ dñi cõmputant
...m ppter nãm bñ dñi cõmputant
...m ppter nãm bñ dñi cõmputant


...


...entes cum ipse non hinc te lba uoa. sz
...nonna de pshn sine qui son cumpnate
...oneo conuine noiam h' impoat deo iust
...p'rima usq. cumpnat' an h'ce fimo q
...p'uitio re h' and uoa cumpnate h'com


XXV


lignora. in magna. i. non magna. Q. am m'oue ad am. v. xl. n' m'la
...h'itit' m' s. v. q. s. d' m'omak. uel o me d' cedones f'ue m'etaz
...m'atna chozo. m'atna iust iam m'atna thozis pl'entis ad o' u'at
...adms. uel o' q' h'ic est cep' eius q' u'at' m'atna h' am' q' ad
...uoz h' i. xv. i. m' u. l' v. l' v' m' d' m' uozes am' s' u'at' h' q' u'at'














Dble C 15988

BERNARDINI


T E L E S I I

C O N S E N T I N I ,

D E M A R I ,

Liber Vnicus.

*Ad Illustriss. Ferdinandum Carrasam,
Soriani Comitem.*



N E A P O L I ,

Apud Iosephum Cacchium . 1 5 7 0 .

BERNARDINI

T E L E S I I

CONSENTINI

DE MARI

Liber Vnicus

Ab Illustriss. Ferdinando Carolino
Societatis Comitem



NEAPOLI

Apud Josephum Caschiam. 1770

ILLVSTRIS. FERDINANDO
CARAFÆ SORIANI COMITI

BERNARDINVS TELESIVS

S. P. D.



VM. primùm literas tuas accepi, quibus declarabas te in iis, quæ de Mari ab Aristotele tradita erant, acquiescere minimè posse, & quid de eius natura, & motibus sentirem, ad te conscriberem mandabas; & si plurimis (ut nosti) opprimerer molestiis, tibi tamè, ut morem gererem, tuiq; desiderio satisfacerem, commentarium, quem iam pridem de eo conscripleram, rudem adhuc, quantùm per præsentis occupationes licuit, poliui: & præter morè nostrum, prius quæ ab Aristoteli tradita sunt, in eo exponuntur, examinanturque, ut facile homines intelligerent, iure te in iis acquiescere non potuisse: tum nostra apponuntur. Perleges uerò tu illum, & si tibi probatus sit, talisq; uisus, qui, & tuo sub nomine in lucè prodire queat, prodeat. Neque enim, quæ tu admittèda decreueris, alii, ut dānent uereri licet; libens certè confectum tibi opus, qualecunq; id sit, accipies; summam in eo meam erga te caritatem, obseruantiamque intuitus, & grati animi signum cùm erga te, tum & erga Illustrissimos parentes tuos, Alfonso Nuceriæ Ducem, uirum unum omnium optimum, constantissimumq; & Ioannam Castriotā, quæ cùm maxime fortunæ, corporisq; bonis affluat, & tātis omnino, quā tis plura ne optare quidem liceat: si cùm alias eius animi uirtutes, tum uerò, quæ ægrè simul coire uidentur, lenitatem, sublimitatemque summè in illo coniunctas, penè &

unum factas quis inspiciat, uix illorū splendorem intueatur: ut mihi quidem nostræ ætatis homines nihil ea amabilius, nihil etiam diuinius conspicerē posse uideātur: Hæc uerò tu eius, parentisq; tui splendore, summamq; utriusq; generis claritatem ne nouis luminibus non illustres dubitandum est quicquā: Nam mihi quidem te, illosq; uentuenti, quæ in illorum utroque corporis, animiq; bona sunt, ex utroque hausisse uideris omnia: minimeq; uel eorum, uel auorum gloria, uel tantarum opum possessione, totue, ac rantorum populorum dominatione contentus tuo tibi ut studio, tuoq; labore, nouum decus, nouosq; honores acquiras summa attendis cum diligētia: Age uerò quæ cœpisti perge, & mihi crede, non summam modò gloriā, sed ueram adipisceris felicitatem, summæ nimirum fortunæ summam adiciēs sapientiam. Vale.

BERNARDINI COSENTINI DE MARI.

Mare non propria natura salsum esse, sed dulcibus eius partibus à Sole in uapor
actis, & calida, siccaq; exhalationis commistione salsum esse factum,
& perpetuò tale fuisse Aristoteli uisum.

Cap. I.



AVS A, inquit, Aristoteles, quæ antiquio
res adduxit, ut Mare uniuersum aquæ
principium, & corpus esse existimarēt,
hæc est: Nam consentaneum uideri po
test, quoddã totius aquæ corpus esse,
quemadmodum, & aliorum elemēto
rum moles coagmentata est, & princi
pium, ob copiam, unde distributa mu
tatur, & alijs admiscetur: ut ignis qui
dem in supero loco; aeris autē copia
in eo, qui est citra ignem; Terræ corpus id, circa quod, omnia hæc
sunt manifeste posita: ex quo constat eadem ratione, de aqua, & ne
cessario inquirendum. Nullum autem aliud tale collectum corp^o,
præter maris uasitatem, ut cæterorum elementorum, positum ui
detur. Amnium enim, nec collectum est, nec manet, sed ueluti
quotidie gignatur, semper conspicitur; Mare igitur humidorum,
& totius aquæ principium esse, ob hanc dubitationem uisum est.
Quo circa, & flumina non tantum in ipsum, sed ex eo fluere aliqui
inquiunt: quod enim salsum est, si coletur fieri potabile. Huic au
tem dubitationi, dubitatio altera opponitur; quid tandem causæ
sit, cur aqua hæc simul stans, potabilis non sit, sed salsa, si quidem
totius aquæ principium est? causa, inquit, maris falsedinis proposi
tam dubitationem soluet, & efficiet, ut primam de mari existima
tionē rectè & necessariò sumamus. tum illam explicans; quoniã,
inquit, aqua circa Terram, quemadmodum & circa eam aeris glo
bus, & circa hunc, qui dicitur ignis, obtenditur, Sol autem, hoc mo
do feratur, ob eamque causam mutatio existat, & ortus, atque in
teritus; id quod tenuissimum est, & dulcissimū quotidie effertur,
secerniq; , & in uaporem mutatum superiora petere uidetur, illic
autem rursus ob frigus cōcretum iterum defertur, idq; natura per
petuò facere (ut antea dictum est) instituit. Ita que, inquit, quòd po
tabile

2. Meteor.

T. 6.

T. 7.

T. 10.

D E M A R I

T. 10.

T. 14.

T. 18.

rabile est, & dulce, uniuersum ob leuitatem attollitur, quod autem falsum est, præ pondere subsidit: non in suo ipsius proprio loco: etenim existimandum est, de hoc rectè dubitatum esse, absurdum nanque est, nisi aliquis aquæ, ut cæterorum elementorum, sit locus: atque hanc esse solutionem: is enim locus, in quo contineri mare cernimus, maris non est, sed potius aquæ. Maris autem uideatur, propterea quòd pars salua subsidit præ pondere, dulcis uerò, ac potabilis, ob leuitatem attollitur. Quapropter & flumina in eum locum omnia influunt, & omnis aqua quæ gignitur, in id enim quod maximè cauum est, talemque terræ locum mare obtinet; sed alia pars uniuersa à Sole celeriter attollitur; alia relinquitur, ob eam; quæ dicta est causam. Hunc ergo aquæ locum esse, & non maris; & quamobrem pars potabilis, præter eam quæ fluit, occulta est; alia uerò pars maneat; cur item Mare aquæ potius sit finis, quam principium, his à nobis traditum sit. De eius autem falsedine, & utrum perpetuò idem sit, an non fuerit, nec futurum sit, sed deficiet, dicendum est: hoc enim modo aliqui sentiunt. omnes quidè genitum esse uidentur fateri, si quidem & mundum uniuersum; simul nanque eius ortum faciunt. quare constat, si uniuersum semper eternum est, non aliter de mari existimandum esse; ijs certè, qui mare generant, eius falsedinis causa reddi minimè potest. Nam si illius, qui terram ambibat, & à Sole sublatus est, humoris omnis residuum, Mare effectum est; necesse est aqua illa, quæ in uaporem conuersa est, rursus adueniente, cum æqualis sit multitudo, iterum dulcescere. Si autem terra admista, salis saporis causa ponatur, ut quæ saporibus multis prædita, in mare à fluminibus deferatur; absurdum ijs est, flumina quoque salua non esse. Satis porrò, ex his æterno tempore, & ueluti à principio falsum extitisse mare, demonstratum. At non & falsedinis itidem causam satis explicatam existimans Aristoteles: si quidem, ut ipse ait, si dulcium abscessu partium saluum fiat mare, earum accessu iterum dulcescere oportet. alienum quippiam, falsum fiat, minimèque à fluminibus deferatur, uidentum mari intuitus. Quoniam, inquit positum est, duplicem esse exhalationem, alteram humidam, alteram siccam: constat hanc rerum huiusmodi principium existimandam esse; & multis quidem signis perspicuum est eiusmodi saporem, ex commistione quapiam existere: in corporibus enim quod minimè coctum est, falsum est, & amarum: nec aliter se habet in ijs, quæ aduruntur; quod enim à calore euectum non fuerit in corporibus excrementum efficitur: in ijs autem quæ aduruntur cinis. Atque hæc causa est cur nonnulli ex adusta

adusta Terra mare fieri inquant. quod hoc quidem modo dicere absurdum est, at illud uerum; ex eius scilicet, generis Terrę falsedinem mare accipere posse; nam, ut in his, quę dicta sunt; sic etiam in uniuerso, ex ijs, quę nascuntur, & natura gignuntur animo semper concipiendum est, eius generis Terram, quin & omnem aridę Terrę exhalationem remanere; quale id est, quod ex adustis restat, ea enim hanc ingentem halituum copiam suppeditat. Quoniam autem inter se, ut diximus, uaporosa, & sicca exhalatio admistę sunt, cum in nubem, & in aquam illa cõcreuerit, aliqua semper huius facultatis copia, unã comprehendatur, & rursus unã cum pluuia deorsum feratur necesse est. Nec ex ijs tantum quę dicta sunt, perspicuum est, inquit, falsitudinem in quadam mixtione positã esse, uerum etiam ex eo, quod si quis cereo uase effecto, eiusq; oratilibus rebus obturato, ut maris nihil illabatur, in mare illud posuerit, id quod per cereos parietes ingreditur, aqua dulcis redditur, quod enim terreum est, & falsedinem ex admistione facit, ueluti colatum secernitur. hoc uerò & ponderis causa est, & crassitiei. Hęc Aristoteles de mari, deq; eius falsedine, è quibus aquę elementum mare positum Aristoteli fuisse intelligere etiam licet, at quando Peripateticorum non nullis secus uidetur; diligentius omninò, quę fuerit illius sententia, inspiciendum est: nam si utrauis ea fuerit, quin in absurditates longè maximas Peripatetici incidant effugere non possunt, at ut in quibus uerè Aristoteles damari possit nota fiant, inquirenda omninò eius sententia, uideri debet.

Mare aquę elementum Aristoteli positum esse.

Cap. 2.



MARE aquę elementum positum Aristoteli esse manifestè, ut uidetur, patet; Antiquorum enim ratione, quę aquę uniuersitatem ipsum statuit, propterea q̄ rationi congruunt sit, aquarum itidem molem, cuiusmodi aliorum elementorum existit, unitam, stabilemq; oportere esse, præter morè suum nihil reijcit, ac ne reijcere quidem teneat, quin admittendam omninò decernere uidetur. exposita igitur, dubitatione quę illorum rationi aduersari uidebatur, falsedinis, inquit, causa inspecta dictam dubitationem soluet, reijcietq; & efficiet, ut primam illorum ratiocinatione; qua mare aquę elementum statuebãt, rectè necessariò sumamus;

nam

D E M A R I

nam alteram qua flumina è mari effluere opinabantur, reiiciendã omninò decreuerit Aristoteles, illud uerò ex eò, quòd falsus maris sapor nõ eius aquæ proprius, naturalisq; : sed ex accidente quopiam factus uidebitur, ac si diceret si quidem propria natura falsũ esset mare, rectè dubitatum foret minimè aquæ id elementum poni posse, dulcis potabilisq; ; at quoniam propria falsum factum uidebitur, quòd dulcioribus sui partibus à sole spoliatum est, & calida, siccaq; exhalatio à pluuijs delata illi admista; nequaquam propterea quòd falsum est, aquæ elementum uideri non debet: neque enim quæ elementa Aristoteles ponit, impura ea alienisq; rebus commista ponere ueretur: quin uno tantum igne excepto reliqua omnia impura esse decernit. mare igitur non propria natura falsum esse affirmans, & à quibus falsum fieri queat, summa inquirens diligentia; antiquorum omninò ratione comprobare, & aquæ omnino ipsum elementũ ponere uideri debet: at perpetuò illos in sectandi studio, & ambitionis omninò stimulis exagitatus, id illos incusare, quòd non è loco in quo positum est mare, aquæ id esse uniuersitatem declararint: aquæ, inquit, quod potabile est, & dulce uniuersum ob leuiritatem attollitur; quòd autem falsum est præ pondere subsidit, non in suo ipsius loco: etenim existimãdum est de hoc rectè dubitatum esse; absurdum nanque est, nisi aliquis aquæ, ut reliquorum elementorum sit locus; atque hanc esse solutionem; is enim locus, in quo contineri mare cernimus; maris non est, sed potius aquæ; ac si diceret, commodius ex aquæ loco, quæ aquæ sit uniuersitas intelligi posse; magis enim propriũ aquæ locum, quàm eius uniuersitatem simul collectam, esse oportere, rationi congruum fit; propterea enim fortè simul aqua uniuersa colligitur, sibiq; omnis coit; quòd uniuersa in proprio loco esse uult: Ad proprium, inquit Aristoteles, locum ferri unum quodque ad suum simile, & suam formam est ferri; & sic utiq; quis existimabit, id quod dicebant antiqui, simile ad simile ferri: hoc enim non accidit omninò, non enim si quis Terram transmittet, & iuxta Lunam collocet, ad ipsam ferentur partes: sed ad eundè locum, ubi nunc existit: ut quod dictum est, id antiquiores incusãdi Aristoteli uideri potuerint; quòd non è maris loco, sed ex eius magnitudine aquæ elementum id statuerint: si quidem elementorum parribus proprius locus magis, quam propria uniuersitas, proprius sit. Nusquam igitur antiquiores damnare, quòd mare aquæ elementum posuerint, uidetur Aristoteles, sed quòd non ex eius loco id declararint. Et uel ibi, mare aquæ elementum Aristoteli positum

fitum esse, quæ statim subdit, manifestissimè declarant: quasi enim causam reddens, cur in proprio aquæ loco uera aqua, & potabilis, qualis sui est natura, non sit: sed salsa; à mari, inquit occupatus est aquæ locus; quoniam, quod in aqua salsum quidem est, subsidit propter grauitatem; dulce autem, & potabile propter leuitatem sursum ducitur: & paulò inferius, constat inquit, hunc esse aquæ locum, & non maris; & quam ob rem pars potabilis, præter eam quæ fuit occulta sit: sunt enim ac si diceret, totius quidem, puræque aquæ is est locus; sed crassior, grauiorque eius pars, illum occupauit, quòd tenuiore, leuioreque sursum à Sole acta, ipsa modò reliqua facta est; Quoniam uidelicet, aquæ elementum, ueluti, & terræ, aerisque, & ignis positum Aristoteli erat; & in terræ illud superficie locatum, multoque terra maius factum, & nullam aliam aquarum molem; cui illud assignare posset, præter maris uastitatem intueri poterat: mare itaque necessario aquæ elementum ponendum intuenti; modis utique quibus poterat omnibus salsum eius saporem, ex accidente quopiam ei inesse declarandum omnino fuit: qui nimirum si maris proprius sit, aquæ id elementum dulcis, potabilisque ponere prohibeat, id omninò quacunque potuit moliri uideretur ratione. Et aquæ igitur, quæ ut penitus similis non sit, & eadem tenuitate, eodemque omnis donata sapore, nullis certè sui partibus æquè mari crassa, minus etiam salsa ullis uideri potest: & quæ à calore quauis expoliata tenuitate, nec crassescere, nec salua unquam, quin tenuior assidue, dulciorque fieri uideretur. partes indere nihil ueretur: quæ à tenuioribus Solis opera seiunctæ, adeò crassæ, adeoque sint salæ: inuitus, ut existimare licet, at necessario: neque enim aquæ elementum mare ponere liceat, nisi maris falsedo aquæ insit, & nequaquam in hoc acquiescere potens, quoniam enim quæ è mari assidue educitur tenuitas, in aquam ea rursus coacta tenuem, dulcemque mari iterum restituitur: quod itaque si illius abscessu crassum, salsumque fiat. eius accessu tenue iterum fiat, dulceque: Terram illam incòctam, adustamque nusquam quidem conspectam, è terræ latebris eruere nihil reformidat; ex ea ut exhalationum copiam educat, à qua cum pluiijs delata, salsum, crassumque fiat mare: nihil omninò intentatum relinquendum, incommoda quauis sustinenda esse existimans, modò nec marinæ aquæ falsedo propria eius sit; nò aliam porrò id ob causam, nisi ut mare aque uniuersitas poni possit, nisi enim id pro-

fitum

fitum Aristoteli fit, nihil uel ulla maris passio, uel alienum nullum, à quibus falsum id fiat, inquirendum illi erat; quod ni mirum propria natura tale esse statuere poterat: neque enim quin terra in aquam falsam: amaramque à sole inuerti queat dubitandum, aut non enuntiandum Aristoteli erat, in sal, sulfur, bitumenque, tum & in tenuissimos callidissimosque uapores è quibus ignis elementum constitui Aristoteli uideretur, inuerti assidue illam intuenti, prædicantiq; , ut modis multis Peripateticorum nonnullos mirari liceat, quibus mare aquæ elementum non esse declarandum Aristoteli propositum uideretur: qui scilicet, quem numinis instar uenerantur Aristotelem ignauum eum faciunt, inertemque: tum & stupidum etiam, stolidumque: qui nimirum quod declarandum proposuerat, declaret nunquam, quin, quod unum statuere id poterat summo id euerat studio: & quod si declaret, uel mundi ei constructio, & ipse destruat mundus, uel uniuersa eius doctrina dissoluatur, neque enim quod mare aquæ elementum non esse declaret, præter illius falsedinem allatum est Aristoteli quicquam; at eam non propriam maris esse, sed ex accidente quopiam, & alieni omnino commistione ei inditam esse contendens, aperte nihil obstare, quin mare aquæ uniuersitas poni possit decernit: tum libens incommoda subeat, quæ minimè omnium sustinere ipse uelit: in proprio nimirum aquæ loco alienum ponat ens; & aquam ipsam ad eum delatam nequaquam ibi seruari, perficique, sed corrupti statuat, destruique. Tum & aquæ molem à qua a deo Terram excedi; & quam eandem iuxta propriam uniuersitatem perpetuò seruari oportere decernit, uel nullam ponat, uel fluuijs eam, lacubusque, qui nullam prorsus Terræ rationem habere uideri possunt, & qui assidue generari, & uix geniti corrumpi uidentur, assignet, oportet: At uel ipsi iidem Peripatetici Aristotelem audientes, in eam Terram ab aqua excedi oportere ratione, qua Terræ portionem, quæ ex ea fit, aqua exuperare rare apparet; & propterea Terræ decuplam aquam esse oportere ratiocinati, anxie maris fundum rimantur, & immensum illum sub polis effingunt; ut qui nisi mare aquæ elementum ponant, & immensum illius faciant fundum, aquæ elementum Terra maius ostendere minimè queant: uelint igitur nolint aquæ uniuersitatem mare positum Aristoteli fatentur: At alij: & longè ij quidem præstantissimi, mare aquæ elementum Aristoteli positum, & necessario ponendum nihil dubitant, Terra longè maius, & in loco circa Terram Aristoteli positum. Ipse certè Aristoteles propositam de mari quæstionem absoluens manifestè aquæ elemen-

elementum ponit mare: ex his, inquit, quæ posita sunt, constat mare aquarum principium non esse, sed finem; Aquæ nimirum uniuersitatem esse, at non quæ aquæ ex eo effluant. Sed quòd ad ipsum confluat omnes: id quod & ignis, & aeris uniuersitati euenire Aristoteli uideatur necesse est. Si quidem qui in terra, marive ignis fit, atque aer ad propriam uterque uniuersitatem, at nulla illorum portio ad Terræ, marisve ima deferri inde Aristoteli uideri potest; ut & illorum moles, non quòd illorum partes inde delabantur, & ut illorum omninò principium, sed ut finis, & ad quem ignis, atque aer ubi uis factus confluit omnis, illorum elementum Aristoteli ponendum omninò sit. Ingenitum præterea, æternumque, & iuxta propriam uniuersitatem, speciemque; idem perpetuò ponens Aristoteles mare, ea nimirum mari tribuens, quæ elementorum propria sunt, manifestè aquæ ipsum ponit elementum.

Mare nec tenuium, dulciumque partium abscessu, nec calidæ sicceque

exhalationis commistione crassum factum esse

salsumque. Cap. 3.



MA RE non propterea crassum esse, salsumque; quòd tenuioribus, dulcioribusque sui partibus à sole spoliatum sit; satis quidem inde intelligere licet, quòd, quæ ex illo à sole educitur tenuitas, in aquam ea rursus coacta tenuem, dulcemque iterum illi restituitur, & cum scœnore mehercule; Siquidem, & quæ è uaporibus è terra eductis fit aqua, magna ex parte à fluminibus in mare defertur tandem; quod itaque, si (ut dictum est) tenuiù dulciumque partium abscessu crassum fiat, salsumque earum accessu iterum tenue fiat, dulceque; & eò Aristoteli etiam magis, quòd semper crassi, salsi que aliquid omninò simul extrahi ei uideatur, & in aquam id cogi tenuem, dulcemque: semper, inquit, salsi pars cum dulci attollitur, idque ubi in uaporem abiit potabile fit: nam non in maris aquam illum concrefcere, uinum docet, & humores euaporantes, quorù omnium uapores ubi coeunt in aquam crassescunt omnes: ut non modo dulce sui natura, & potabile aquæ elementum, minimè propterea salsum fieri queat; quòd dulces eius partes à sole educuntur, sed salsum sui natura si sit, dulcescat tandem, salsi sui partibus fiduè educatis, & dulcem in aquam actis: At multo, ut uideatur idem priùs, multoque etiam proximius, ex aqua manifestum fit, quæ à calore in uapores soluitur; nulla enim illi unquam à ca-

lore quouis, & quouis passa modo crassescere, uel salsa fieri uideatur: sed in uapores agi omnis; nulla interea crassitie, nullaque donata falsedine; quin tenuior assidue facta, dulciorque: nullis scilicet sui partibus crassa aqua, saluave; sed bene tenuis: uniuersa, dulcisque, & exiguum quid à uaporum natura dissidens, maris omnino, uaporumque ueluti media, in eos dum agitur, nihil interea ulla sui parte crassescere, nec falsescere & iam potest, non eam morata caloris actionem, à qua salsa fieri queat: prius nimirum in uapores soluta, quam is ei indatur calor, à quo salsa fiat; eo itaque aquæ uniuersitas, quam scilicet aqua omni multò tenuiorem, simpliciorioremque esse oportet, minus à Sole crassa, minus etiam salsa fiat: minime igitur tenuium, dulciumque partium abscessu crassum factum esse, salsumque aquæ elementum uideri potest. At multò etiam minus calidæ, siccæque exhalationis commistione; mittò enim quòd nusquam ea terræ adustæ quantitas, à qua ea exhalationis copia fiat, quæ mari uniuerso falsedinem indere queat, spectatur, & quòd adustis, aridisque in terris Aristoteli in primis exhalatio sit longe tenuissima, & quæ tenuissimum ignis elementum huiusmodi constituit: quæ igitur si quidem à pluuijs deferatur, non modò nullam aquis crassitiem, nullumque adiciat pondus; sed multò eas tenuiores faciat, leuiorefque: nulli certè dubium esse potest, quin si maris ualitati commista falsedine indere ei queat, crassitiemque; lacubus, eas fluuijsque indat omnibus; & pluuias, quibus cum descendit, longè salissimas, longèque faciat crassissimas; quæ, cum rebus quas deferunt exceptæ omnibus, uel autumnales ipse, quibus huiusmodi exhalatio plurima admista esse Aristoteli uidetur, dulces omnino; tenuesque apparent omnes: Nec uerò alieni omnino cuiuspiam commistione crassum, salsumque uideatur mare, quòd quæ eius pars cereum uas subit tenuis apparet, dulcisque, ueluti percolata. & re omnino exuta, quæ crassitie, falsedinemque indit: Quoniam enim maris aqua assidue à Sole attenuatur, & in uapores assidue agitur, quæ uas subit, marina omnino aqua à Sole tenuior, & propterea dulcior facta uideri potest: uel quæ forte talis à principio facta est: neque enim è non penitus uniformi terra; & à calore non summo penitus uniforme, nihilque à seipso differens extractum est mare: uel fluuiialis etiam, neque enim ita marinæ ea immisceri uideri potest, ut ab ea separari se iungi que non possit. Marinam porrò aquam tenuiorem factam pro dulci salam fieri manifestè percipias. si illam in tumulum agas: eumque in aquam cogas, marinam nimirum aquam amplio-

rem quidem facias, at aliud immutas nihil, dulcem enim eā facies potabilemque, calore uidelicet per amplius diffusio spatium, & propterea exiliore facto, languidioreque.

Mare sui natura falsum esse, & terra dulcium aquarum ritus, & propriis oriri fontibus.

Cap. 4.



QVONIAM igitur nec tenuiū, dulciumque partium abscessu, nec alieni omnino cuiuspiam commistione falsum factum esse mare uideri potest, tale ipsum propria natura esse omnino statuēdū uideri debet, & dulcium aquarum ritu ē terra, & ipsum à Sole educi, suisque; & ipsum ē fontibus oriri. Nec uerò quin falsā, tantamque; in aquā terra à Sole inuerti queat dubitandum: non alias modò in res, ut dictum est, agi illam intuentibus, quā & tenuitate, & propria natura longè quā marina aqua à terra disident magis, sed ipsum etiam in sal, quod, ut in libris de rerum natura declaratum est, effluere omnino constitutum uideri debet, crasso, salsoque, tenuioribus sui partibus à robustiore calore spoliato; nec, ut in iisdem amplius expositum est commentarijs, ea marina aqua existit moles, quā ē terra à Sole educi posse intelligere non liceat; nihilo enim terra amplius mare breuissimum certè esse uniuersum, nec uel Oceanum ipsum unius omnium stadij altitudinem exæquare, & à nauigantibus habemus, & cœruleus in uniuersum eius color declarat, qui mari inesse apparet, nihil dicto spatio profundiori, nam ubi paulò altius fit, nigrum ibi spectatur, obscurumque; & tale porrò certis modò apparet in locis: at terræ semidiameter quibus breuissimus uidetur, duò detriginta milia stadiorum altitudinem exequat, alijs longè ē est maior; quā nisi assiduè ē terra enascatur mare, tot tantisque; dulcibus aquarum fluxibus assiduè illabentibus, & falsis etiam sui partibus à Sole in uapores actis, ijsque; dulcem in aquā coactis, dulcescat Aristoteli tandē, tum & deficiat etiā ei tandē ē Boreali sublimiore assiduè effluens terra, necesse sit. Nec uerò quā maris fontes conspiciunt non sunt, non, & ipsum ē suis fontibus emanare uideri Aristoteli debet; quid enim ueluti, & lacus omnes, aut eorum plerique; non ē suppositis fontibus affluere queat? & ita omnino effluere suo demonstrabitur loco.

Mare aquæ elementum uideri non posse, nec Aristoteli uideri debuisse,
 nec recte causam ei explicatam esse, cur tot illabentibus
 in spiritum aquis minimè excreseat
 mare. Cap. 5.



R ASSVM porrò, falsumque sui natura existens mare, quàm longissimè abest, ut aquæ uniuerfitas uideri possit, tenuis dulcisq; Aristoteli certè poni minimè debuit, cui nimirum propterea mundi constructio, quam uideamus & ipse seruari uideatur mundus, neque à principio uno occurrere omnia. quòd prima illius corpora æqualibus prædita sunt uiribus, eorumque singulis sua adsunt contraria; quæ æquali robore repugnant, obluanturque; cui igitur timendum fuit, ne altero è frigidis corporibus calido factò, quacunque tale factum sit ratione, à calore tandem occupentur omnia, & omnia unum fiant: uel tartarus igitur quispiam in terræ imis ei effingendus, uel aqua per terram fluens aquæ elementum ponenda: horum neutrum si propria ipsius positiones sustinere poterant: Si quidem mundum suo arbitrato effingere, construereque propositum homini non erat, dimittendæ illæ omnes erant; & nequaquam quatuor ponenda prima corpora, & unum ex ijs à summo frigore, summaque constitutum humiditate. At neque causam explicans, cur tot aquarum fluxus assidue in mare influentes nullam maris adijciant magnitudinem, & nunquàm omninò maius fiat mare, laudari Aristoteles potest; propterea id euenire statuens, quòd in maris illi illapsi uastitatem citò arefcant, modicæ aquæ more super magnam mensam sparsæ: eadem, inquit, aquæ copia, quæ in latitudinem expansa fit, & quæ simul collecta, nõ æquali tempore resiccatur, sed usq; adeò differt, ut hæc quidem integrum diem permaneat, altera perinde, ac si quis aquæ cyatum super magnam mensam effuderit; simul ac id cogitauerim us, tota euanescet: id quod fluminibus quoque usu euenit. illis enim continenter collectim fluentibus, id quod in uastum, latumque locum peruenit, citò semper, ac occultè exiccatur; neque enim terræ, uel entis cuiusuis molem ab infusa aqua auergeri dubitare licet; uel si eius incrementum lateat, nisi fortè & per exigua aqua infundatur, statimque ea inde euaporetur quæ fluminibus in mare illabentibus haud quaquam euenire uideri possunt: magnam omninò eorum moles, & quæ assidue augeta maris ipsius magnitudinem breui exæquare, nec statim ac mari immiscetur, in uapores agi uideri possit; quòd si etiam fiat, nihilo tamen minus mari

mari molem adijciat: Siquidem uapores è mari educti omnes in aquam rursus coacti rursus ei restituntur, ut nisi in nõ ens abeāt, quæ in mare influunt aquæ, & hoc Aristotelici arefcant pacto, id quod nec alijs euenire uidetur, nec placere omnino Aristoteli potest; excrescat ab ipsis tandem, & maius omninò fiat mare oportet. Haud recte igitur maris naturam explicasse uidetur Aristoteles. Age porrò, quod reliquum est, eius motus, eorumque rationem explicantem audiamus, examinemusque.

Quibus motibus, & quam ob causam moueri mare Aristoteli uidetur. Cap. 6.

LVERE, inquit, Mare in angustijs uidetur: ubi uidelicet ob ambientem terram è uasto pelago in paruū colligitur; propterea quòd ultro, citroque sepius libretur: hoc uero in uasto mari perspicuum non est; at si ob terræ angustias arcto loco contineatur: libramentum, quod in mari exiguum est, magnum illic uideatur necesse est: Id autem quod intra Herculis columnas continetur, totum terræ concauitatem, & fluminum multitudine fluit: nam Mæotis in Pontum, hic in aegæum fluit. Quæ uerò extra hæc maria sunt, hoc minus perspicue faciunt; illic autem, & propter fluminum multitudinem hoc eueit (plura enim flumina in Euxinū, & Meotide influunt, quàm in locum eius multiplicem) & propter modicam altitudinem: Mare nanque profundius subinde cernitur; ac Meotide quidem Pontus, hoc uerò aegæum; Aegæo Siculum, & omnium profundissima Sardiniam, ac Tirrenum. Quæ autem extra columnas sunt: modicè quidem ob lutum profunda sunt; sed flatibus uacant; quasi mare in cōcauo locatum sit: quæ explicantes Peripateticorum optimi, duplici, inquit, motu fluere mare Aristoteli uidetur, uno qui in angustijs, & fretis cernitur, altero, quo à Septentrione ad Austrum uniuersum defluunt maria: & prioris quidem causam ad maris libramentum refert; quoniam enim inmensa est maris moles, & æqualiter utrinque pendens, non in unam partem magis, quàm in aliam declinans, ubi in unam moueri incipit, ponderis æqualitate retractum in alteram partem statim reuertitur: atque ita perpetuò alternatim. Hæc autem maris agitatio in locis apertis, atque in alto euidens non est; fluxumque conspicuum non facit; in angustijs uerò cernitur: ueluti lictoribus, quæ in angustum ex uastitate contrahuntur motum adiuuantibus; fluxus posterioris duas af-

fert

fert causas: fluminum uidelicet multitudinem, quæ in maria illa Septentrionalia longè plurima, longèque maxima influunt, à quibus penè expulsa Meotis. Pontusque in Aegæum influunt, & hoc in ea quæ consequentur. Tum & terræ Septentrionalis altitudinè, è qua in magis concauam fluant oportet: quapropter Borealia maria breuiora etiam, profundiora quæ consequuntur Aristoteli uidentur: quòd illa in hac sese exonerent, ueluti, inquit, in terræ partibus è locis æditis flumina fluere uidentur; sic è totius terræ æditionibus, quæ ad septentrionem sita sunt, plurima fluxio fit: quapropter ob effusionem profunda illa non sunt. loca porrò ad Septentrionem sita excelsa esse eo declaratur; quòd ueterum Meteorologium multis persuasum fuit Solem sub terra non ferri, sed circa terram, occultari autem eum, & noctem facere, propterea quòd Terra ad septentriones excelsa sit.

Non recte Maris motuum causas ab Aristotele redditæ esse.

Cap. 7.



QUONIAM libra more in hanc modò, modò in illam partem inclinans fluere, refluereque Mare Aristoteli uidetur, uidendum omninò, num à quibus libra ueluti per uices in diuersas interdum agitur partes, ab iisdè, & mare agi possit. E libra quidem propterea in hanc modò, modò uerò in alteram partem inclinare uideri potest, quòd utraq; ppria natura deorsum fertur, & quin utrauis deorsum feratur à supposito aere retineri minimè potest: ac ita est constructa, ut si altera delabatur, ac tollatur, subleueturque altera; ubi igitur æquis utrinque grauatur, ponderibus, tãtisper modò hac, modò illac uergit parte; id uerò quòd partes ipsæ non à propria tantum detrahuntur grauitate, sed ab impulsu itidem, quacunque is datus sit ratione: Nò scilicet quæ ab externa tantum deijcitur ui, sed quæ à propria modo grauitate detrahitur pars, uel æque grauem alteram, uel etiã grauiorem quid talisper attollit, subleuatque, à delapsis nimirum uiribus aucta, & ueluti grauior facta: at non diu id tamem: neque enim ulterius se attolli: & sublimiore in loco detineri finit altera; sed & ipsa delabirur: nec tandi u id modò, dum equè alteri Terræ proxima fiat, sed inferius etiam & ipsa, ueluti, & ipsius grauitate à delapsu maiore facta; alteramque tãtisper, & ipsa subleuat, & tandi utraque modò in sublimius alteram attollit, ab ea modò attollitur, dum partium delapsus languescant, & propria ea tãtum

tum decertent grauitate. id ubi factum est, nullam amplius in partem uergit libra, sed immota manet, ne in alteram detrahatur, retēta, coercitaque ab altera: propterea igitur modò hac, alia modò parte interdum libra inclinatur, quòd utraq; deorsum natura fertur, & nec in eas diuidi, nec utraq; simul deferri potest quin altera delabente attollitur, subleuaturq; altera. Horù nullū mari euenire uideri potest, in proprio. n. id loco, & in Terræ oīd cōcauis cōtinetur, sibiq; ipsi innititur uniuersum, & ne ulla sui parte inferius delabatur à seipso retinetur coerceturque: nihilq; ut Aristoteli ēt placet parte ulla, uel alijs sui partibus, uel terra ipsa magis sublatū, cœloq; proximius factum, sed uniuersum suprema sui superficie, æquē ab illo cum Terra distans nullam omninò occasionem habet, cur ulla sui parte usquam inclinet. & si id fiat minimè inde ab aliena in contrarium uergentem retrahatur, graue, & bene fluidum, beneq; à seipso diuisibile existens; sed quò semel delapsum est, perpetuò ibi à nulla externa ui impulsum immotum Aristoteli præsertim fiat: cui nimirum prima corpora omnia, & ipse etiam ignis in proprio loco immobilia fieri, & immobilitate gaudere uidetur. Eoq; etiā in angustijs, fretisq; magis; si siquidem, ut Aristoteli placet, libretur. Mare, propterea librari uideri potest, quòd fluxile cum sit, sese continereminimè queat: eò itaque minus libretur, quòd à proximiore contineatur terra, & languidissimè igitur id fluat, refluatq; secus, atque euenire uidetur, nec ulla eius pars eo ordine, eaq; celeritate, qua fluere, refluereque uidetur: ut enim libretur Mare, temerè certè id fiat, languideque, ut, & librari ineptissimum, & uel si libretur, non tamen propterea fluere, refluereque uideri possit mare: Minus etiam propterea tumesceri, neque. n. parte altera attolli, sed uniuersum simul bullientis aquæ more tumesceri uidetur; nec imaginari omninò licet, à libramento in altum euehi mare: neque igitur Aristoteles ipse maris æstum eius libramento assignare est ausus; quin eius inquisitio pænitus prætermissa homini uidetur: non quidem, ut existimare licet, quòd uel maris tumescitio nō cōspecta, uel eius causa non inquirenda ei uisa sit, sed, ut suspicari quis posset, quòd illam attingere desperarit. At neque maris motum, quo à Septentrione ad Austrum uniuersum ferri uidetur, declaras placere potest Aristoteli. neque enim Meotis. Pōtusq; in subsequētia maria assiduè delabi uideri possunt, quòd ex æditioribus locis in magis concaua deferantur: quā. n. spærica est terra, nec Borealis plaga nec ulla eius pars alia sublimior, uel humilior uideri potest. & summe Aristoteli mirari licet, inde Borealis terræ altitudinē colligentem,

quodd antiquioribus Meteorologicis sublimius uisa sit; & sub qua sese occultet nocturnus Sol, quos longè minus absurda, & uera interdum proferentes adeò contemptui, ludibrioque habere ubiq; ipse uidetur: Borealis quidem terra nusquã excelsa apparet: sed humillima uniuersa, nullis distincta montibus; plurimi igitur, longeq; maximi aquarum fluxus è Meridionalibus locis in Borealia defluunt maria, talis reor ab uniuersi conditore constituta: ut quã directa solis lux calefacere non potest; unita foueat, collectaque. Neque igitur propterea breuia sunt Borealia maria, quod terra illa sublimius, sed si talia sunt, propterea sunt, quod languidior minus illam in mare inuertit sol: & minus itaq; salsa apparent; assidue certè effluere. Aristoteli uisa; è fontibus, ut dictum est, manare uideri debueret; nisi enim è supposita terra assidue ibi mare emanet, deficiat tandem assidue effluens, & se effundens assidue; neq; igitur Theologi incusandi Aristoteli erant, mari fontes assignâtes: & Oceanus breuis uisus nequaquam in terræ concauo positus uideri debuit; neque enim suppositus latus, qui ut breuis sit Oceanus efficere Aristoteli uidetur; aliunde eò importatus terræ illius profunditatem attollere uideri potest. At neque uentis caret Oceanus, ut Aristoteli uidetur, sed si alibi uspiam, in eo flant, est & ubi idem ferè semper ubi uerò quasi stas, certisq; temporibus alter alterum excipit: lure igitur, ut uidetur, maris, nec naturam, nec eius motum, tumefactionisq; causam explicans Aristoteles satis tibi placet, & utramque nobis amplius inquirendam mandas, obscuras uerò res. quis enim mare subeat, exortum, & quæ ipsum agitent, attollantque uires intrueatur? At tua tum si præfulgeat lux, nihil illas intueri desperetur: age itaque, tuo mihi mare illustra fulgore, ut tuo per me id munere tuaque hominibus innotescat bonitate.

Mare è terra assidue, à Sole, at non ex omni tamen sed è profunda illa educi, & cur crassum calidumque factum est.

Cap. 8.



MARE, ueluti aquas reliquas omnes è terra assidue à Sole educi uel ipsum èt declarat sal: manifeste è suo re constitutum crassiculo, salsoque, tenuioribus sui partibus, uel spontè elapsis, uel à Soleeductis; at & inde ut uidetur, apertissimè patere potest: quod calidum sui natura, molleque, & fluidum cum sit, & à Sole insuper assidue

assidue in existente tenuitate spoliatur, & magni dulcium aquarum fluxus in ipsum influant, defluantque: multis omnino modis eius, & species, & natura immutari possit, nec summis in squaloribus, & sub sole summe directo, uel ubi a fluminibus quam longissime abest, crassius saliusque; nec summis in illuuiionibus, & iuxta maximorum fluminum fluxus tenuius, dulciusve fieri, sed eadem eius species, eademque perpetuo apparet natura. Non quidem nisi assidue enascens, & copia, roboreque exuperans sui partes immutari iam coeptas in propriam restituat naturam: sed uel uniuersum in sal concrescat longe solidissimum, uel crassius alibi, saliusque; tenuius alibi, dulciusque fiat: entium reliquorum omnium, calidorum praesertim, molliumque, & propriarum etiam partium more: quae seorsum a propria uniuersitate, uel frigido sub caelo immutari tandem, a calore certe uel languente in sal agi uidentur. E terra porro enasci uerum mare: at non aquarum reliquarum more passim est terris omnibus emanare, perque omnes fluere, & in omnino esse, conspectum, sed certis modo in locis, non ut ille est quauis, & est suprema etiam terra, sed ex ima tantum enasci, & mole exuperans, copiae, assidueque a nouo impulsu in certa uniuersum loca erupisse uideri debet. Et multo omnino quae illa crassius, calidiusque, non iisdem in terris, neque a calore eodem sed est crassiore omnino terra; & a languidior calore, est profundiore nimirum terra educum uideri debet: Quod si crassam, densamque, & minime dissimilem rem a languente quidem, at multo occupatam calore ante oculos ponas; profundam sane terram, in fluorem illam agi tandem manifeste intueare crassum, salsumque, paulatim enim lenteque, & omnis simul emollita, nullisque eius partibus in summam actis tenuitatem, neque ita alijs prius attenuatis, ut est densa, crassaque re effluere possint: quod ubi fit, in crassitiem quod reliquum est agi interdum apparet, in fluorem, ut dictum est, tandem agi uideatur uniuersa, crassiusculum illum quidem, beneque calidum. Quod si non tanta in fornacibus agat ignisue, & in lapide agat minus dissimilem, & magis crassum, magisque uiscosum: cuius scilicet, si quidem partes ullas alijs prius attenuet, nec summe tenues faciat, nec egressum ijs elabentibus aperiat, retentae itaque, & reliquis non dum in fluorem actis, at emollitis iam aglutinentur; dum, & ipsae in eundem agantur fluorem non in calcem sed in aquam, & ipsae agantur crassam: salisamque, & amaram. Multo certe in eam amplius profundior quae est Terra, bene, ut dictum est, similis, & non in supremis sui partibus magis, nec prius, quae in

ternis à calore emollitus, qui è supremis terrę partibus ad ipsam delatus est, ipsique inditus, languens is quidem, at multus tandē. Et ex huiusmodi omninò terra mare educi, aquę omnes declarāt, quę è suprema quidem terra, at crassa, densaque cuiusmodi Ap-pula apparet, emanent; quę scilicet crassiusculę sunt omnes, salsę-que. At necessario crassum, calidumque imis è terris erutum ma-re, summè consultò tale factum uideri potest; huiusmodi enim exi-stens, & proximas oras calefacere, & bene tenuis ex huiusmodi par usque aer educi uidetur: neque enim erassiori egressum præ-beat: at tenue si sit, minusque calidum. cuius itaque proprius ca-lor, & ab ambicis proprio frigore interimì, superarive, & è quo qui à Sole inditur, quod terrę euenire nō uidetur, facile elabi queat, summè, quod stagnantes aquę faciunt adiacentes terras frigore af-ficiat, & ueluti ex stagnantibus aquis adedò ex illo crassus elaba-tur aer, ut hominum saltem genus sub eo uiuere minimè possit, ut nunquam rerum conditoris sapientiam fatis mirari, aut ama-re bonitatem queas, qui eo mundum construxit pacto, ut quę necessariò etiam fiunt, consultò, & meliores omnino, nostrique boni gratia facta uideri possint.

Cur aquę marinę dulcibus copiosiores, & cur tot illabentibus in ipsum fluuiis matius non fiet mare.

Cap. 9.



VRE igitur marina aqua adedò dulces, copia exu-perat, ut nulla illius pars hæ uideri possint; si qui-dem supramę terrę partes profundioribus ambi-tu quidē ampliores uideri possunt, at è dimidio, ut uidetur, à mari occuparę minores omnino ui-deri debent. Nec è tanta fortè terrę altitudinis portione aquę dulces, è quanta salsę fiunt: suprema certè terra uariè iam à Sole emollita, & uariè eius luci exposita, & non ab absi-dua ea, nec æquè perpetuò directa calefacta, in longè diuersissima entia; q; fieri apparet, inuerti omninò: & uel quę in aquas acta est, nullo ferè temporis momento, in uapores agi ab æstiuo præsertim Sole uideri potest. At non & profunda itidem, ad quam scilicet nusquam, qui à Sole emanat; sed is modò qui supramę terrę in-ditus est: peruenit calor; qui languens quidem, & idem penè fa-ctus illam occupat, & nihilo fortè per hyemem, quàm per æsta-tem segnior: nam si directus Sol robustius agit, at robustius etiã

Terram

Terram patefaciens ingenito calori aditum aperit magis, elabendi itaque aditum is nactus, summeque ad elabendum intentus minus ad profunda diffunditur; vnus itaque perpetuò pene profundiori inexistens terræ calor, bene eam uniformem in unam omnem agit rem, Afsiduè porrò enascens, & maius factum mare, & tot auctum afsiduè fluuijs, neque excrescit unquam, nec tenuius fit, quòd aquæ hæc omnes, & quæ tenuiores à principio factæ fuerent, neque enim uel terra, è qua fit adeò similis, adeoque idem qui illam inuertit calor, ut in eandem penitus aquam agatur omnis; nec ulla eius pars alijs tenuior, minusque calida fiat. Tum quod maris à Sole afsiduè tenuius fit; non si quidem in uapores agens ipsum Sol, non in fluores prius agat. qui marinæ aquæ, uaporumque elabentium medij uideri possint. Aquæ inquam & illabentes, & decedentes, & quæ à principio salis mistæ factæ, & in quas salæ à Sole actæ fuerent, in terram afsiduè illabuntur: quòd nisi id fiat, nisi scilicet hoc pacto tenuitas: qua afsiduè à Sole spoliatur. Terræ restituatur; uel deficiat tandem omnis: neque enim pluuia illam seruent, ex illa èductæ & ipsæ, uel adeo arefcant densaque fiat, ut aquæ nullæ nulla amplius ex ea tenuitas educi possit. At neque uniuersi constitutio, quam uidemus, seruetur, neque unus omninò amplius permaneat, Mundus; si quidem terræ proximus Aer, à Sole è densissima illa resiliente iusto plus calefactus, amplificatusque pacto nullo loco, in quo est, contineri queat, nec uelit multò tenuior, multoque amplior factus; sed superiora petat; ubi ne scindatur, aut amplius fiat cœlum, in stellam fortè cocat, Vacuus certe circa terram fiat locus: naturæ summè aduersum, exosumque mutuo contactu faueri uolentia, & mundum maximè unitum, atque unum esse; illa ne eueniat, tenuitas mari inexistens in terram afsiduè illabens præstat; materiam ijs, quæ afsiduè è Terra fiunt, ingènerandis præbens; diuinitus ita à conditore nostro prouisum, factumque: in ijs uiribus donato Sole, eaque à Terra locato di-

stantia; ijsque moro motibus, ut afsiduè Terra cum inuertatur, inuerti afsiduè possit.

Motum

motum Mari necessarium fuisse, & à quibus intumescit,
moueturque. Cap. 10.




ALIDVM portò existens mare, & propterea motu, quo seruetur, atque oblectetur indigens, multò etiam quàm aquæ reliquæ amplius, quæ stagnantes, atque immobiles factæ corrumpi uidentur omnes; Et quo præterea solis actionem declinet, fugiatque; nec iusto plus in uapores soluatur. Et per se moueri impotens, non ea donatum tenuitate, ut ipsum se commouere queat: ab aliena utique vi si seruandum commouendum: ab uniuerso quidem cælo præcipuè uerò à longè robustissimo Sole commoueri, agitarique. Conditori placuit nostrò, non quidem secum illud rapiente; neque enim fieri id queat; sed uapores, ut dictum est, in generante; qui scilicet egressum molientes & egressu à superposito mari prohibiti; spiritus more in aqua ab igne ingeni, attollant ipsum, agitentque; propterea enim hæ feruent, intumescunt, atque agitantur: quòd ingeni spiritus confertim elabens attollit. uarieque exagitat non patentem præbentes egressum; separata itaque ad apertèque, ut elabenti illi exitus pateat, non amplius attolluntur: sed statim resident omnes; nusquam itaque penitus immobile, & penitus planum, sed semper agitari quid, & quid attolli semper apparet mare, ueluti quæ ebullire incipiunt aquæ: & Vere, atque Autumno maximè, minimè uerò Aestate, atque Hyeme. quòd, ut in commentarijs de pluuijs expositum est, Medius Sol plurimos, crassioresque educit uapores: Robustissimus, longè tenuissimos, quales uel è crassiusculo egressum nascantur mari: nihil ipsum, quod uidere queas, attollentes, commouentesque: læguidissimus per paucos, & qui superpositum mare attollere, & è constructo elabi impotentes tam diu retineantur: dum summè & ipsi tenues fiant; In plenilunijs itidè & in Nouilunijs maximè attolli, intumescereque uidetur mare in illis quidem quæ multa à Luna resiliens lux, multos educit uapores: in his autem si Vere in his attollitur mare, quòd refrigeratio aerè sese colligit, atque unit internus maris calor; & ualens factus plures facit, atque emit tit uapores, ueluti & putealis aqua Borea spirante: Minimè in Luna quadratis, nec multa à Luna resiliente luce, nec in seipsum colore proprio maris calore; Quin non attollunt modò mare qui elabuntur uapores, sed impellunt etiam, atque ad motum incitant, id quod palea aquæ superposita declarat, si quidem in suppositam palea

palea aquam, ita Solis lux à speculo assidue reflectatur: ut uapores qui assidue fiunt, elabunturque ueluti à tergo paleam feriant, in anteriorem eam partem ferri intueare; & regredi rursus, si ex altera parte dicto modo reflectatur lux: ingenerat scilicet in aqua spiritum in eam reflexa lux, isque elabens in alteram partem superpositam aquam paleamque impellit: Non tanti porro assidue mari ingenti uapores qui ipsum assidue attollant, impellantque, nec appetuò attolli nec undiq; impelli uidetur mare, sed residere interdum, quiescereque: & in hanc modò refluere partem, hinc modò refluere: ibi nimirum attollitur, indeque impellitur mare; ubi uaporum copia subest, at ea elapsa residet, ibi; neque amplius inde agitur: at qui interea parte in altera uapores facti sunt, plures iam facti; & qui superpositam maris molem attollere queant, egressum hi molientes, attollunt ipsum, & elabentes in contrariam incitant partem; per uices itaque attolli, residereque, & fluere, ac refluere uidetur mare: & ut plurimum æquali tempore, & sex horarum spatio utrumque: quòd nimirum eo in temporis spatio, tot mari ingenerantur uapores, qui tamdiu ipsum attollere, impellereque possint. Mira autem maris motus celeritas in angustijs, trectisque apparet, quòd per apertum fluens, nihilque à subsequente umquam impulsum, nihil est quod uspiam motum concitet; at ubi in angustijs agit, nec uniuersum simul fluere potest, sed uel exigua sui parte tantum. quod remanet subsequentis sursum impediens, retardatque; & propterea ab eo impulsum, stimulatamque motum acceleret: & præcedens impellat necesse est; At uniuersum, ut dictum est, ab elabentibus uaporibus sublatum, impulsamque, non æquè uniuersum attollitur, impelliturque, nec æquali tempore utranque in partem, Britannicum, & quòd Britannico adiacet mare summè attolli, & sex horarum spatio in terras fluere, totidemque refluere uidetur. Idem & Adriaticus sinus, at longè quàm Oceanus minus, Ligusti cum Tyrrenumque parum admodum, ut & sublatum, & impulsam latere possit; Mare iuxta Aethiopiam quòd Cenege uocatur quatuor tantum horis fluere, octo refluere apparet. Non atque scilicet profundum mare, nec ab æquè reflexa luce, calefactum uniuersum non eosdem omne emittit uapores, sed alibi longè plures, crassioresve; pauciores alibi, tenuioresve, id itaque summè attolli uideri potest: quòd breuius est, à cuius scilicet fundo robustior resilit lux: & inde etiam impelli magis, ubi breuior est fundus: forte & non diuersa tantum profunditas diuersæ maris tumefactionis, diuersique motus causa uideri debet, sed diuersa itidem eius crassities;

fities; neq; enim uel uniuersa è terra æquè crassum mare educi, uel è diuersè eo crasso non diuersos uapores extrahi existimare licet; id certè tumefieri magis, & inde magis incitari uideri debet ubi plures, crassioresue fiunt uapores. At non per uices modò fluere, refluereq; uidetur mare; sed est ubi fluminis more perpetuò in vnâ fluant partem, quod in Adriatico à Nautis obseruatum tradunt & in Mediterraneo itidem uniuerso, atque in Oceano amplius. Nauigatio itaq; ab Hispania ad insulas Occidentales, quas Columbus inuenit uiginti quatuor dierum spatio conficitur; at contra ab insulis ad Hispaniam, eadem propè usis uentorum ope non nisi triū, aut quatuor mensium tempore; Aquis nimirum occurrentibus, & in contrariam partem fluentibus. Idem & Lusitanis euenire aiunt, in Indiam superato Bonæ spei promontorio, orientem uersus nauigantibus, atque inde redeuntibus; At Mediterraneum, atq; Adriaticum quasi circulo ferri. Illud enim ab Hellepōto ad Occidentè solem per uniuersam Europæ oram ad columnas usq; Herculeas, & Gaditanum fretum: inde uerò per Africæ littora ad Aegyptum usque, & Syriam ad Orientem solem: Adriaticum uerò dictum fortè continuans fluxum, per Illiriæ, Dalmatiæque oram Occidentem uersus ad intimum usque sinum, in quo Venetiæ sitæ sunt; at inde ad Meridiem flaminiam uersus flecti, ad Apuliam inde ad Orientè solem: inde scilicet usque quaque mouetur mare, unde plures crassioresue elabuntur uapores: tales autem, tantique è minus profundo, ut existimare licet, mari. Iure igitur ab Helleponto Occidentè uersus, è breuioribus nimirum Aristotelis testimonio in profundiora usque quaque maria, Aquas reliquas nequaquam impellere uidentur, qui ex ipsis elabuntur uapores, quòd in minus calidis, asidueque fluentibus, & Solis actionem ueluti fugientibus longe pauciores fiunt uapores, & elabentes eos nihil aquæ retinent liquidæ, tenuisque: At lacus tamèn uidere est multos huc modò, modò illuc impulsos, at blande, leniterque, ab exiguis uaporib; non uastos ipsos, neque in angustum aëtos ullum, ubi clarior illorum appareat motus ueluti, & maris.


F I N I S





Cum Licentia Superiorum.


re edici, vel
imate illa
et debet uti
modo fuerit,
perpetuo in via
in tradunt de
amplius. Navi
as Columbus
contra ab in-
e non nisi in
curantibus, de
euenire aiunt,
rem uersus na-
um, atq; Adria
ad Occidentē
cy, Hercules,
a ad Aegyptum
nerō dicitur for-
m Occidentem
ta sunt; at inde
nde ad Orientē
inde plures erūt
e minus proli-
onto Occidentē
o in profundio-
im impellere ui-
minus calidis, nisi
ntibus longe pō-
retinent liquida,
modo, modo de
orib; non ualēs
illorum apparet

















legatur plena simoni conuenticula i
ma h' oib; quip'za tenui afe uoazama
th'ous accipunt iam no' reahp' in
d'ocetur aut' col'loaz aut' h'm'moon quo
z'm'ib'et opm' oib; quos egyptias os no
cent' sepe' nos moie non' u'breant' se
hez. sine intercaioie h'bas i'p'is h'et' h'

si iouit' conuiges red' h'et' h'et' h'et' h'et'
e' mis non' sunt' q'ito' n'q'is' n'one' que
rei' religio' h'et' h'et' h'et' h'et' h'et' h'et'
no' cab' n'ra' - sac' no' o' d' m' q' h' h' p' n' e' u' o' z'
te' ceo' op' u' h' i' n' t' h' i' n' u' o' s' a' n' o' l' i' p' r' a' t' e' o' z'
n' p' u' r' e' a' r' o' s' e' a' s' i' m' p' r' i' a' s' t' i' s' t' a' m' f' e' d' a' m'
que' s' i' m' o' l' e' n' c' i' a' i' n' t' e' n' e' a' b' a' h' q' u' o' o' p' i' s' t' e'
... h' i' n' t' e' n' e' a' b' a' h' q' u' o' o' p' i' s' t' e'

ad sedur' re' h'om' n' h'
ad - x' m' - a' n' n' u' - m' q' -
v' l' - o' - s' i' s' t' r' i' m' u' a' - s' e'
q' u' i' t' a' d' r' e' h' i' t' u' o' r' -
n' s' a' d' x' x' v' - a' n' n' u' u' -
- s' e' r' e' m' b' o' r' - l' - i' - h' u' e' i'
n' e' c' e' r' i' m' o' z' e' s' q' u' i'
s' i' n' e' - l' - x' x' o' - a' n' n' u' u' -
n' a' m' a' l' t' e' p' s' i' o' s' s' e'

exa. te tribz po
rectum qd qui di
hel rax. consilium
uobis. xvij. or.
qz meryasti. qd.
terla. uoua q. sol
bitus. ut soluas.
ur duxi hict. ar. q.
na tenebit. homo

cabitur uultus cum uiderit matrem
libris namqz qeoz similibus atqz
consecuentibus. **De** una non solui qui
faciunt. sz q qui consecuntur facientibz
rei sunt. Item ex dicitur gelasi pp. to silu
enles epds nullis capioze **risse non possit** **no**
ne uel inuicem ad inuicem in dicitur.

Sclant serm hac sua obstinate impudica
uon qm a nob metam. romm posse. ne q
emplum cecis. ad rinas de hactis suis fa
cere inopia ut nec parentis uita aut salu

